



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 1032. An confugientes ad Ecclesiam rei repelli possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

mus & superstitionis, nisi de heresi sit suspectus. Undecimūdū Jūdex aliisve frāuentē p̄ivilegiō asyli extrahens ab Ecclesiā, ut hēc omnia astruit Delb. du. 2. S. 10. & seq. prooque singulis quā plures citat AA. & ad quorundam contrarium sententium objectiones breviter respondet, semper inhārens eidem fundamento, nempe, quid in Bulla Gregor. inter excepta delicta privānā asylo non numerantur, & leges p̄onales non sint extendendae ad alia propter paritatem aut majoritatē rationis.

Quæst. 1032. An confugientes ad Ecclesiam rei repellī possint?

Resp. non sunt impediendi violenter, quō minus ad Ecclesiā tanquam asyli confugere valeant, aut confugientes ad eam repellendi, sed recipiendi juxta illud: *Pateant summa DEI templū timentibꝫ, L. 2. c. de his, qui ad Eccles. confug. & can. definivit, 17. q. 4.* &c. inter alia. b.t. ubi, dum Rectorē Ecclesiārum confugarum vitam & membra servare jubentur, citra omne dubium etiam adiutum ipsis ad illas præcludere eosque repellere prohibentur. Wieln. b.t. n. 134. cum Haun. Tom. 6. de f. & f. tr. 1. n. 272. & communī. Sed neque stylus contrarius, ut nimis locūm rei leviorum dēlitorum, non verō rei graviorum paret asyli, servatur Romæ, ut perperam testatur Nav. in man. c. 25. n. 16. Nam contrarium testatur Farin. apud Delb. l.c. du. 23. S. 4. dum ait, se quidem fidem Navarro adhibuisse, sed postquam factus locum tenens criminalis S. D. N. & procurator fiscalis generalis, se hanc corruptelam extrahendi illos in urbe non vigere comperisse; quin & se ipsum practicāle contrarium. Quod autem is ait de corruptela illos repellendi ab asylo, idem dicendum videtur de corruptela illos ab asylo extrahendi.

Quæst. 1033. Reus in asylo constitutus an, & quo, & qualiter custodiendus?

Resp. primum: in casu, quo liquidē constat crimen non esse exceptum, & confugientem gaudere asylo, nec Rectorē Ecclesiā nec sacerulares, nec intra Ecclesiā aliumve locum sacram reum custodire, multoque minus carcerare posunt aut debent, ne ex asylo fiat carcer, & quia cessat finis custodiendi illum, qui est, ut carens iure asyli legiūmē tradi possit curia sacerulari, & ab ea puniri. Potest tamen potestas sacerularis etiam in hoc casu apponere custodiā extra Ecclesiā locumque facrum ad praevendū, ne liberē effugiat, aut, si exeat, faciliter capiatur. Farin. l.c. n. 299. Bonac. Tom. 2. d. 3. q. 7. p. 3. n. 1. Castrop. l.c. n. 6. Mar. Ital. de immun. L. 1. c. 6. §. 2. n. 52. Haun. l.c. n. 245. Reiffenst. b.t. n. 173. Delb. c. 16. du. 29. n. 7. ex ea ratione, quid per talem custodiā nulla vis aut injuria fiat loco facro, ita tamen, ut per hanc custodiā non impeditur accessus deferentibus necessaria constituto in asylo.

Resp. secundū: in casu dubio, aut controverso, num reus gaudet asylo, multoque magis, ubi constat delictum exceptum esse, adeoque reum non gaudere asylo, potest & tenetur Rector Ecclesiā alteriusve loci sacri, ad hoc requisitus caute custodire reum, etiam admisā custodiā intra Ecclesiā, & si opus, etiam carcerebus & vinculis constringere, donec causa ab Episcopo examinetur & judicetur. Anchor. in c. inter alia. b.t. n. 8. Decian. tr. crim. L. 6. c. 26. n. 9. Tusch. V. Eccl. consol. 10. à n. 12. Farin. n. 298. pluresque ab eo citati. Ita etiam, ut

idem cum Tuscho, ut Rector Ecclesiā teneatur de culpa & puniri debeat, si permittat reum elabi. Estque ratio, quid rei criminis excepti juxta paulo post dicenda extrahi debeant, ut causa per Episcopum examinata & contra reum decisā is tradi possit. Ideoque, si Rectores Ecclesiārum in hoc negligentes, in tali casu controverso reum incustoditum elabi patenter, multoque magis ei fugaz occasionem præberent, Constitutio Gregor. elideretur in hoc, quo disponit, ut rei criminum exceptorum potestati sacerulari tradantur, quin & eidem concedit, ut ipse reum extrahere possit, dum Ecclesiastici requisiti eum custodire recusat. Ceterum in casu dubio aut etiam certi rei criminis excepti potest sine licentia Episcopi reum in ipso loco carcerare vinculis constringere aliove modo custodire. Castrop. Haun. II. cit. Farin. n. 297. de immun. c. 16. n. 29. Reiffenst. n. 175. juxta quid statuit Bull. Greg. §. 4. ex ea etiam ratione, quid Jūdex sacerularis in alieno territorio, quale respectu illius est locus sacer, jurisdictionem aliquam contentiosam exercere nequeat. Arg. L. extra territorium. ff. de jurisd. omn. iud. Ecclesia quoque fit in quasi possessione rei, in qua ante decisionem turbari non debet, præsertim per Judicem sacerularis. In casu tamen quo Rector loci sacri defectus tutā custodia aut virium, implorat Judicem sacerularis, potest potestas sacerularis, non quidem suo, sed Rectori nomine in ipso loco facro custodire reum, eò quid hoc ipso jam Ecclesiastica potestate custodiri censeatur reus. Arg. L. 1. §. 6. c. de veteri jur. encl. Bonac. l.c. 2. Covar. cit. 20. n. 17. Pereg. l.c. c. 3. n. 2. prout etiam juxta paulo ante dicta in casu, quo Rectores Ecclesiārum requisiti reum sufficienter custodire recusarent aut negligenter, potestas sacerularis ex concessione Papæ in cit. Bulla possit reum extrahere, adeoque multo magis in loco facro eum custodire. Hinc dixeram regulariiter & de jure.

Quæst. 1034. An, & à quo constituto in asylo ministrandā alimenta?

Resp. primo: quæ ad victimū, vestitū alias, que vita necessaria spectant, constituto in asylo subtrahi nequeunt, esset enim hoc ipsum per indirectum extrahere ex asylo, & cogere illum ad tradendum se potestas sacerulari. Ita juxta expressum textum L. presenti c. de his qui ad Eccl. confug. Item can. definivit. c. nullus c. contumax. c. m̄ter. c. id statuum, 17. q. 4. Abb. int. inter alia. Farin. de carcerib. q. 28. n. 9. Azor. p. 2. L. 9. c. 8. q. 9. n. 14. Clar. §. 1. se majest. n. 21. Suar. l.c. L. 3. c. 11. n. 2. Delb. c. 16. du. 29. n. 1. Unde etiam graviter peccant, ut Host. in c. inter alia. §. si liber. Joand. a. 5. & Fagn. n. 20. & variis p̄sonis afficiuntur, tam de Jure Civili cit. L. presenti. quam Jure Canonico cit. c. definivit, qui obsidendo, prohibendo impudent, ne eis victimū vel vestitus deferasur, & sic reum egredi cogunt, aut fame mori.

Resp. secundū: quid, si reus ipse propria bona habet ex iis sustentari debet; si verō ea non habet, tenetur ad ejus sustentationem consanguinei; his quoque deficientibus, tenetur supplere Ecclesia; eò quid æquum omnino sit, ut, dum confugiens ad illam se ejus tutela & protectioni committit, ea pro sua in misero pietate destitutum aliud de vita necessaria non derelinquet, & sacerulari curia se permettere compellat. Abb. in c. inter alia. n. 28. Sylv. V. immunitas. 3. q. 3. Azor. p. 2. L. 9. q. 13.